Vel ℞. *Ol. Laur.*
Later.
Cer.
Chamon. ana ʒj.
destill. Bacc. Junip.
Chamom.
Menth. ana gutt. viij.
M. ad Vitr. M. ac V. inde fiat inunctio.

Vel ℞. *Axung. cerv.*
Ursin. ana ℥ß.
Medull. Oss. bubul. ʒij.
Ol. destill. Macis.
Rutæ.
Majoran.
Chamom.
Aneth.
Anis. ana gtt. vj.
M. ad Oll. pro Ungto.

CAPUT XXVI.

De Remediis Hepaticis.

§. 1.

Veterum circa hepatica remedia opinio.

IN Veteri Medicinâ nihil magis decantatum fuit, quàm Hominem calidâ, frigidâve Hepatis Intemperie laborare, atque hinc etiam maximè fuerunt soliciti eo tempore Medici de inveniendis Remediis *Hepaticis*, nunc *calefacientibus*, nunc *refrigerantibus*. Hodierna Medicina, quæ intemperies ejusmodi, ceu figmenta Antiquitatis speciosa, dudum exauctoravit, facilè quoque repudiare posset *Hepaticorum* Remediorum Tabulam, à Veteribus exhibitam. Sed cùm Hepar nihilominus corporis Viscus sit, ex arteriis, venis, vasis lymphaticis, ductibus

ductibus cholidochis, glandulisque innumeris à naturâ fabricatum, hincque variis etiam Morbis obnoxium, non abs re fore credidimus, aliquam etiam talium Remediorum tabulam tradere, constantem ex talibus, quæ partim obstructioni ductuum hepaticorum referandæ, partim Bilis, in hoc Viscere genitæ, dyscrasiis emendandis conveniunt.

§. 2. Neque tamen putandum est, Remedia *Hepatica* nova prorsus ita existere, quin ex *Aperientium* aliorumque Classe eadem in specialem hunc usum trahi atque seligi nequeant. Quod enim primò attinet Obstructionem glandularum atque ductuum hepaticorum, expediunt & solvunt eandem, quæcunque intus viscidam pituitam aut mucaginosam Bilem attenuare, & volatilisare apta sunt; velut existunt *Radices quinque aperientes*, nec non *Helenii, Pimpinellæ, Filicis, Aristolochiæ, Vincetoxici, Carlinæ, Raphani rusticani*; *Herbæ Cuscutæ, Capillorum Vener. Asplenii, Anserin. Agrimon. Trifolii fibrini, Eupatorii, Rutæ murariæ, Ceterach, Agrimoniæ, Cardui benedicti, Absynthii, Centaurii minoris, Abrotani.* Quibus adde Plantas omnes *nasturcinas*, sale volatili turgidas, *Flores Calendulæ, Genistæ, Croci, Baccæ Lauri, Juniperi, Semina Thlaspios, Hesperidis, Dauci, Nasturtii, Cochleariæ, Spiritus Cochleariæ, Salis armon. Tincturas Antimon. Corallorum, Essentiam Trifolii fibrini*, in *Theatr.* nostro *Bot.* descriptam, *Tincturam* vel *Essentiam Cochleariæ* eodem modo parandam. Huc pertinent & reliqua *amara* sive *simplicia*, sive *composita* Remedia, paulo inferius indigitantia. Atque hæc omnia Cachexiæ, Hydropi, & Ictero, quos Affectus Hepatis Obstructioni plures hucusque Medici adscripserunt, summopere medentur. Maximè verò notandum est, quòd præter *amara* illa subinde etiam *alcalina terrea*, & inter

Remedia hepatica non multum ab aliis distincta.

inter ea præprimis *metallica martialia*, acidum coagulans & obstruens absorbendo & destruendo, minimè sint contemnenda aut negligenda. Hinc *Tinctura Martis aperitiva*, *Spiritus vitrioli Martis*, *Crocus Martis aperitivus*, *Chalybs cum Sulphure præparatus*, *Diaphoreticum martiale*, *Specificum Stomachicum Poterii*, egregia *hepatica* dudum extiterunt; *aromaticis* jugiter permiscenda, ne appetitum ciborum dejiciant, quod aliàs in continuato eorum usu evenire solet. Sequens verò *Tinctura Martis* ceu verissima & maximè genuina multiplici experientiâ à nobis in usum vocata est, & felici cum successu in Obstructionibus atque scirrhoso Tumore Hepatis exhibita.

℞. *Limat. Martis* ℥j.
Salis Tartari ʒj.

Misc. & cum affusâ Aquâ fontanâ, vel Aquâ destillatâ aliquâ, v. gr. *Agrimon. Cochlear. Apii selin. Nasturt. Cichor. Scabios. Aronis, Chelidon. maj. Gramin. Plantag. aquat.* vel *Taraxaconis* in vitreo aut etiam ferreo vase parum super lenem ignem coque, donec *Liquor* fuscam aut nigram planè Tincturam adquisiverit, quem postea debito modo filtratum & *Aquæ Cinamomi* octavâ circiter parte acuatum, in vitris probè clausis ad futurum usum asservamus. Dosis hujus Tincturæ est à gtt. XX. ad XL.

Bilem viscidam corrigentia Remedia.

§. 3. Si Bilem respiciamus in Hepate secerni solitam, subinde & ea peccat, Remediisque corrigentibus opus habet: modò enim est nimis viscida, torpida, iners & crassa, quas qualitates præternaturales non nisi ab acido austero acquirit, quoniam sulphurea & oleosa omnia ab admixtis acidis in coagulum abire, dudum Chymicorum monstravit experientia. Ut adeo sufficienter pateat, ea ad emendationem hujus Bilis medicamenta

ta esse necessaria, quæ alcalinis resolventibus constant particulis, iisque salino-balsamicis, plus minus volatilibus, ut & absorbentibus & invertentibus fixis aut terreis. Quemadmodum sunt Remedia supra dicta omnia, quibus tamen adhuc addere licet *Salia Plantarum lixiviosa*, inprimis *Cichorei, Cardui benedicti, Taraxaci, Absynthii, Centaurii minoris*, nec non *Sal Tartari, Arcanum duplicatum Mynſ. Liquorem Terræ foliat. Tartari, Flores Salis armon. hæmatitinos, Essentiam Trifolii fibrini cum Spiritu proprio, per multiplicem* è succo semper Plantæ novo depuratoque *abstractionem, facto extractam, Essentiam* item *Cochleariæ, Petasitidis*, aut *Piperitidis* simili modo paratam; *Essentiam Absynthii compositam, Elixir proprietatis sine acido, Elixir proprietatis cum Rhabarbaro, Pulverem stomachicum Quercetani, Spiritum Vitrioli coagulatum.*

§. 4. Quòd si tamen Bilis *fluiditate* magis & *copiâ*, non sine *acrimoniâ* peccet, proderunt ea Remedia, quæ salino volatiles & acres ejus particulas diluunt; vel quæ simul illiusdem aliquam portionem è corpore per alvum eliminant; ac tandem, quæ eandem nimis ebullientem refrænant, & nonnihil condensant, acidiuscula, aut etiam terrea absorbentia. Quorum in Remediorum censum veniunt *Aquæ destillatæ Cichorei, Scolopendriæ, Taraxaci, Lactucæ, Portulacæ, Hepaticæ nobilis, Fragorum, Agrimoniæ, Hepaticæ Dorncrellii, Chelidoniæ majoris* vel *minoris, Nasturtii, Plantaginis, Endiviæ*, &c. quæ quotidie semel aut bis dosi *unciar.* ℥vj. hauriri possunt. Omnium verò optimum in hoc casu pharmacum præbent *Acidulæ* qualescunque, inprimis *Deinacenses* Würtemb. *Egranæ* Bohemiæ, *Spadanæ*, vel *Marco-Sualbacenses*, pluresve aliæ. Sed & *Rhabarbarum, Aloë, Curcumæ radix, Syrupus de*

Bilem copiosam acrem & fluidam ebullientia.

Cichorio cum Rhabarbaro, Extractum Rhabarbari, Massa Pilular. rhabarbarinarum Quercetani. Pilulæ Francofurtenses, heic multum conferunt ad diluendam copiam Bilis. *Pulvis* etiam *Hepaticus ruber Dresdensis, Crystallus mineralis, Oculi* 69. *Conchæ pptæ, Cinnabaris nativa* vel *Antimonii correcta*, magnam quoque vim ad corrigendam bilem effrænem, non secus atque *Salia Plantarum essentialia* habent.

Tonum fibrarum hepaticarum debilem roborantia.

§. 5. Tandem etiam ad fibrarum & villorum nerveorum in Hepate existentium tonum est attendendum, ac Medico admodum vigilandum, ut illorum robur & naturalis firmitas, ad secretionem humorum naturalem valdè necessaria, probè conservetur, quod quidem faciunt, quæ leniter admodum adstringunt, vel simul absorbent, ac superfluum serum spissescens resolvunt, suæque circulationi restituunt, videlicet *terrea absorbentia* jam aliquoties indigitata, item *Santala* omnia, *Species diatrion santalorum, diarrhodon Abbatis, martialia* omnia, *Crocus, Pulvis cachecticus Quercetani*, & id genus.

§. 6. Quod Formulas attinet talium Medicaminum, eas primò notabimus, quibus Bilis nimium effervescens maximè volatilis, propter salia acriuscula acida, convulsivos motus facilè excitans, emendatur, atque ad naturalem magis temperiem reducitur: v. gr.

℞. *Tinctur. Veneris alcalin. Helvet.* ʒiiß.
D. ad Vitr. Dosis à gtt. x. *ad* xv.

Hujus verò remedii descriptio sequens est:

℞. *Salis armon. pur.* ℥viiij.
Vitrioli Veneris. ℥iß.

Pulverisata, ac probè invicem mixta destillentur per Retortam ex arenâ, aut è Capite mortuo, affuso Spirit. Vini extrahatur Tinctura viridescens, & cùm

cùm filtratur, filtro injiciatur nonnihil Calcis vivæ, atque sic defluet Tinctura sapphirina elegantissima, Cujus vires non contemnendæ sunt in Passione hypochondriacâ, Biliosis sanguinis & Spirituum turgescentiis, Epilepsiâ biliosâ, atque Ischuriâ.

Vel ℞. *Spiritus Nitri dulcif.* ʒij.

D. ad Vitr. Dosis gtt. xij. *ad* xviij. *cum Aquâ convenienti.*

Vel ℞. *Liquoris Terræ foliat. Tart.* ʒiij.

D. ad Vitr. Dosis gtt. xx. *ad* xxx.

Vel ℞. *Salis essential. Card. bened.*
Acetosell. ana ʒj.

M. ad Chart. in vj. *dos. m. ac. v. exhibendas.*

Vel ℞. *Salis essential. Citr.*
Acetos. vulgar.
Vitrioli Martis.
Cremoris Tartari ana ʒß.

M. F Pulv. in vj. *dos. æq. ad chart. cum Jusculo aut Aquâ convenienti destillatâ sumendas.*

Vel ℞. *Vitrioli Martis.*
Ocul. 69. *ppt.*
Corall. rubr. ppt.
C. C. ust. ppt. ana ℈j.
Lapid. prunell. ℈ß.

M. F. Pulv. in 4. *dos. æq. ad chart.*

Vel ℞. *Diaphor. martial.*
C. C. ust.
Unicorn. fossil.
Rasur. Ebor.
Bol. armen. ppt.
Terræ sigillat. ana ʒß.

M. F. Pulv. in vj. *dos. æq. cum Aquâ Acetosæ aut Plantaginis sumendas.*

Vel ℞. *Croc. Mart. aperitiv.* ℈ij.
Ocul. 69. *ppt.*

Conch. ppt. ana ʒß.
Pulv. fol. Card. bened. ʒj.
M. F. Pulv. subt. dividend. in viij. *dos. æq. cum Jusculo sumendas.*

Vel ℞. *Aq. Plantag.*
Chelidon. maj.
Lactuc. ana ℥iij.
Syr. acetosit. Citr.
Rub. idæi. ana ℥iß.
Spirit. Sulph. gutt. iij.
M. F. Julepus pro aliquot dosibus.

Vel ℞. *Aq. Acetos.*
Burs. pastor.
Endiv.
Cichor. ana ℥ij.
Syr. de Agrest.
Acetosell.
Rub. idæi ana ℥j.
M. F. Julepus pro iij. *vel* iiij. *dosibus.*

Vel ℞. *Flor. Rosar. rubr.* Mj. *vel* iß.

Affunde Aquæ fontanæ bullientis. Mj. *vel* ij. *ac simul permisce Succum Pomi Citri unius, Sacchari albi* ℔ß. *sient ita, donec Tinctura rubicundissima sit extracta, quæ dein colata aut filtrata per repetitos subinde haustus assumi potest.* Quod si neutiquam acida hæc *Tinctura Rosarum* existat, tum adhuc guttulæ aliquot *Spiritus Nitri* aut *Vitrioli* permisceri poterunt, donec lenem & gratam aciditatem acquisiverit.

℞. *Radic. Caryophyllat.*
Cichor.
Gramin. ana ʒiij.
Herb. Agrimon.
Hepatic. nobil.
Scolopendr.

Card.

Card. bened. ana Mß.
Summit. Absynth.
Flor. Rosar. rubr.
Papav. rhead. ana pj.
Semin. Citri, Lactuc ana ʒj.
Cremor. Tart. ℈iiß.

Incis. & contus. coq. in Miß. *Aqu. fontan. ad quartæ partis consumtionem, coletur postmodum, &* ℥vj. *quotidie hauriantur, pro temperando æstu Bilis.*

Vel ℞. *Radic. Scorzoner.*
Endiv. ana ℥ß.
Gentian. ʒj.
Herb. Chelidon. maj.
Plantag.
Agrimon.
Summit. Marrub. alb. ana Mß.
Flor. Rosar. rubr. pj.
Sem. Lactuc. ʒij.
Fœnic. ʒj.
Rhabarb. optim. ℥ß.
Salis Tart. ℈ij.

Incisis & contusis affunde Vini albi boni defæcati & Aquæ fontanæ ana $\frac{3}{4}$ *Mensuræ. De hoc Infuso quotidie semel aut bis* ℥iiij. *aut* ℥vj. *hauriri poterunt.*

§. 7. Si Bilis abundat, *Evacuantia lenia* haud nocebunt; quem in finem usuales sunt vel *Pilulæ Francofurtenses* x. xii. *ad* xv. pro dosi ante cœnam sumptæ, vel *Pilulæ Emanuelis* dosi ℈j. vel *Massa Pilular. tartar. Quercetani ad gr.* xv. pro dosi in *Pilulas* redacta, vel etiam *Decoctum Tamarindorum Rhabarbaro* superinfusum, & hinc post unam vel alteram ebullitionem haustum. *Ad Bilis abundantiam.*

§. 8. Formulæ contra *Bilis visciditatem & inertiam*, adeoque & adversus Hepatis obstructiones, in *Ad ejusdem visciditatem corrigendam.*

in Pituitosis & Sanguineis erunt sequentes, adversus Cachexiam, Anasarcam, Hydropem, Icterum, aut Chlorosin Mulierum non inusitatæ.

℞. *Salis volat. oleos. Sylv.* ʒiij.
D. ad Vitr. sumantur x. *ad* xij. *gtt. pro dosi.*

Vel ℞. *Spiritus Salis armon. urinosi simpl.* ʒij.
D. ad Vitr. ut supra.

Vel ℞. *Mixtur. simplic.* ʒiiß.
D. ad Vitr. Dosis eadem.

Vel ℞. *Tinct. Martis aperitiv.*
Elixir. propr. s. acid. ana ʒiiß.
M. ad Vitr. dentur. xv. *ad* xx. *gtt. pro dosi.*

Vel ℞. *Elixir. propr. s. acid.*
Essent. Absynth. ana ʒj.
Zedoar. ℈j.
Croc. ℈ß.
M. ad Vitr. Dosis xij. *ad* xviij. *gutt.*

Vel ℞. *Essent. flor. Calendul.*
Trifol. fibrin. ana ʒij.
Croc. ʒj.
M. ad Vitr. Dosis xv. *ad* xx. *gutt.*

Vel ℞. *Spirit. Cochlear.*
Tinctur. Salis Tartari ana ʒiß.
M. ad Vitr. Dosis x. ad xv. *gutt.*

Vel ℞. *Aqu. Nasturt.*
Chelid. maj.
Cochlear. ana ℥vj.
Syr. aperitiv. Minderer. ℥iij.
M. ad Vitr. mane & vesperi sumantur ℥ij. *vel* iij. *pro dosi.*

℞. *Diaphor. martial.*
C. C. pph. ppt.
Fœcul. Bryon.
Aron. ana ʒj.
Salis volat, Fulig. ʒij.

Olei

Olei destill. Anis. gutt. iiij.
Sacch. cand. alb. ℥j.
M. f. Pulv. subt. d. ad scat. Dosis ʒß. *vel* ℈ij.
℞. *Semin. Nasturt.*
Thlasp. ana ʒiß.
Cochlear.
C. C. pph. ppt.;
Ocul. 69. ppt.
Specif. stomach. Poter. ana ʒj.
Sacch. cand. alb. ℥ß.
Ol. destill. Cinam. gutt. j.
M. f. Pulv. subt. Dosis ℈j. *vel* ʒß.
℞. *Conchar. ppt.* ℥ß.
Pulv. Card. bened.
Semin. Thlasp. ana ʒij.
M. f. Pulv. subt. detur ad scat. Dosis ʒß. *ter quotidie.*

NB. Fuit Arcanum Rustici cujusdam in Hydrope, qui simul imponebat Abdomini *Roob Sambuci* vel *Juniperi* alutæ superinductum.

§. 9. *Externè* quoque subinde remediis quibusdam opus est, ad Hepatis sive dolorem leniendum, sive duritiem & scirrhositatem emolliendam atque discutiendam, v. gr. *Remedia externa.*

℞. *Emplastr. santalin.* ℥iß.
diachalcit. ℥ß.
Ol. philosophor. ʒij.
destill. Chamon. gutt. xii.
M. f. Empl. Alutæ superinducendum.
℞. *Emplastr. oxycroc.*
de Bacc. Laur. ana ℥j.
Ol rosac. q. s.
destill. Aneth. ℈ß.
M. F. Empl. detur ad chart.
℞. *Empl. de Cicut.* ℥j.

santalin.
de Ran. Vigon.c.Mercur. ana ℥ß.
Ol. Semin. Hyosc. expr.
Papav. expr.
Lin. ana q. s.
Bacc. destill. Junip. gutt. xv. *ad* xx.
M. F. Emplastrum.
Vel ℞. *Ungt. popul.* ℥j.
alb. camph. ʒij.
Ol. Lil. alb.
Scorpion. Matthiol. ana ʒiß.
M. F. Ungtum, d. ad Oll. pro Hepatis regione bis quotidie inungendâ.
Vel ℞. *Ungt. de Linar.*
è Succ. Cicut. ana ℥j.
Ol. Cappar. ʒiij.
Semin. Hyoscyam. expr. ʒiß.
Antimonii diaphor. ʒij.
M. f. Ungtum hepaticum.
Vel ℞. *Ungt. pomat.* ℥j.
Ol. Bacc. Juniper.
Scorp. Matth.
è flor. Slotan. ana ʒß.
Opii aceto solut. ʒj.
M. f. Unguentum d. ad Oll. Usus ut suprà.
℞. *Herb. Verben. rec.*
Thlasp. rec. ana Miß.
Incisis & contusis admisce
Albumin. Ovor. iij.
Farin. secalin. q. s.
Misc. F. Cataplasma calidè Hepatis regioni imponendum, & singulis noctibus repetendum, donec duritiis aut tumida scirrhositas Hepatis disparuerit.
Vel ℞. *Ol. Hyperic.*
Cappar.

Scorpion.

Scorpion. Matthiol.
Rosar. ana ℥ij.
Spir. Vini camphorat. ℥iß.
M. ad Vitr. & pro sedando Hepatis Dolore inungendum.

℞. *Ol. Vulpin.*
Verbasc.
Aneth.
Hyoscyam. expr. ana ℥iß.
Spirit. Baccar. Junip. ℥j.
Essent. Croc. ℥ß.
Ol. Camphor. ℈ß.
M. ad Vitr. Inungatur calidè.

§. 10. In usu verò remediorum *hepaticorum* accuratissimè est attendendum, ne dum Hepar curare studemus, Stomacho noxam inferamus, ejusque menstruum quacunque ratione alteremus, quod inprimis fiet, si diu satis in usu *martialium* remediorum persistamus. Quemadmodum enim hæc circumspectâ cum sedulitare usurpata etiam ipsum juvant Stomachum, nimiam menstrui aciditatem corrigendo, ita eadem diutius in usum tracta debitam volatilitatem auferunt, atque sic ejusdem naturalem activitatem summopere debilitant, Appetitum dejiciunt, quandoque & Nauseam movent. Quare eadem remedia sunt temperanda, neque ulterius in ipsorum usu pergendum, quamprimum observabimus, Stomachum inde debilitari. *Cautela observanda.*

CAPUT XXVII.

De Spleneticis Remediis.

§. 1.

Splenetica, à Splene sic dicta, *medicamenta* sunt, quæ vim Affectibus Lienis medendi impetrârunt. *Quid splenetica sint?*